Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Summa angelica de casibus conscientiae

Angelus <Carletus>

[Nürnberg], 10. Feb. 1492

Explicit summa Angelica de casibus conscientie per fratrem Angelum de clavasio compilata

urn:nbn:de:bsz:31-300937

Visual Library

4 ¶ Vtrū vir poſſit interficere vxorē adulterantē? Rñ. l. ciuilis penam nō imponit. l. graccus. C. de adul. xxxiij. q. ij. inter hec ſi inuenit in actu adulterij ſed lex diuina ſic dicit. Non occides. Et ideo nō licet. vide homicidium. j. §. vj.

5 ¶ Vtrum vxor poſſit agere ad reſtitutōnē dotis viuente viro. Rñ. ſm Pa. in. c. ex litis. d pigno. q ſic ſi vir incipit male vti ſubſtātia ſua et male verſari. ꝛ dicitur male vſari. quando exulat a patria ſua ꝓpter maleficiū ꝓpriū. ꝛ maxime cū perueniatur ad diſtractōnē bonorū. d. c. per veſtras. videtur tex. in. l. vbi. C. de iure do. etiam q poſſit petere donationem ꝓpter nuptias. licet alij quo ad donatōem ṗdictam ꝯtrarium teneant. Itē poteſt petere vbi matrimonium venit ſeparandū. quo ad thorum vt in. c. j. de dote poſt diuor. reſti.

6 ¶ Vtrū vxor habens virum prodigū licite poſſit abſcondere aliqua bona eo inuito. vide furtum §. xxxv.

7 ¶ De dote. vide ſ. dos. de dona. inter vi. ꝛ vxo. ſ. Donatio. de debito. vide debitum. de voto. vide ſupra votum. ij. §. viij. de parafrenalibus vxoris habes ſupra parafrenalia.

8 ¶ Vtrum poſſit de rebus viri prouidere filijs primi matrimonij. Rñ. q non. niſi ſm q pōt elemoſynas facere. vt ſupra elemoſyna. §. vij.

¶ Vtrū vxor teneatur ſeq̄ virū ſuū. R. ſm q colligo ex no. in. c. ſiquis neceſſitate. xxxiij. q. ij. q aut transfert domiciliū. Et ſic tenet̄ eū ſeq̄. Et hoc verū niſi pactū fuiſſet vt nō transferret. quia ſic nō teneretur niſi poſt pactum aliqua neceſſitas aduenerit que impediret maritum ibi manere. puta infirmitas vel capitalis inimicitia. quia ſic tenet̄ ſequi nō obſtante pacto. ar. c. vnaqueq̄. xiij. q. ij. Si vo nō transfert domicilium. ſic non tenetur eū ſequi. ſm Ho. Similiter non tenetur eum ſequi ſi eſt vagabundus. ſm glo. in. d. c. vnaqueq̄. niſi ſciēs eum vagabundū cōtraxit cū eo. quia ſic tenetur. Hoc tamē limito verū. qñ ex cauſa honeſta vel transfert domicilium vel eſt vagabūdus. Secus ſi ex cauſa inhoneſta vel ſi vellet eam trahere ad peccatū vel imineret ſibi periculū vite. quia ſic non teneret̄ eū ſequi. vt ſentit glo. in. d. c. ſi qs. Facit. l. q niſi. ff. de ope. liber. vbi patz q libertus nō tenetur ſequi dominū vagabundū ad preſtādum ei operas. vide in. c. de illis. de ſpon.

Pocriſis Vide ſupra Simulatio.

Poteca Vide pignus.

y **ronia** Vide in littera. h.

ſtrio Vide in littera. h.

Zelus ꝓprie eſt triſticia de bono alterius nō ex eo q ille habet. ſ; ex eo q ſibi deeſt dicit phus. ij. ethicorum Et ſi eſt iſte zelus circa bona honeſta eſt laudabilis ſm illud prime Cor. xiiij. Emulamini cariſmata meliora. Si vo eſt de tēporalib9. ſic pōt eſſe cum peccato ſicut auaricia. Si aūt quis dolet de bono alterius quia eū excedit in talibus bonis ſic ē inuidia. Accipit̄ etiā aliqñ zelus ꝓ feruore ſeu cōmotōne diuine charitatis. vt in pſ. Zelus domus tue comedit me ꝛc. Et iſte zelus poſtremo dictus: fuit qui me ad prefatā angelicā ſummā componendā coegit. ad laudē dñi nři hieſu xpi: cui eſt honor ꝛ gloria in ſclā ſeculoꝝ. Amen. Laus deo.

Humano angelicas quicūq; audire loquelas
Ore cupis: preſens perlege lector opus.
Hic ſacros canones: hic ꝛ ciuilia iura:
Hic ſancte inuenies religionis opes:
Maxima multorum quod vix dabat añ librorū.
Sarcina: id Angelica dat tibi ſumma breuis.
Angelus eſt auctor: ſacri decus ordinis ingens.
Seraphici: ꝛ tante religionis honos.
Auctorem atq; opus impreſſum felicia dona.
Clauiſſius tulit terra beata viro.
Nec carleta minus gens felix vnde creatus.
Angelus angelicis dignus adeſſe choris.

¶ Explicit ſumma Angelica de caſib9 conſcientie per frēm Angelū de clauaſio cōpilata: maxima cū diligentia reuiſa fideliq; ſtudio emēdata ſicut ipm opus p ſe ſatis atteſtabit̄ Nurenberge impreſſa p Anthoniū Koberger inibi conciuem Anno dñi M. cccc. xcij. die. x. menſis Februarij.